



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia

Androzzi, Fulvio

Coloniæ, 1611

Quid debeat facere qua verè vult esse vidua, & frequentare sancta
Sacramenta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48641)

VIDUITATIS.

99

pius accedit ad ipsum auctorem & fontem omnis boni? Quis frequentius ieiunat? quis magis querit mortificare suas passiones, & carnem? quis sapius frequentat Ecclesias? & orationi quotidie vacat? nisi illa persona, quæ semper frequentat Sacramenta?

Quid dei eas facere qua verè vult esse vidua, & frequentare sancta Sacramenta.

Debet imprimis omnem adhibere diligentiam in electione alicuius discreti & approbati Confessarij, hoc est medici animæ suæ, qui habeat vires & qualitates necessarias; Vtpotè scientiam, experientiam, bonitatem vitæ, & zelum animarum, cui per generalem totius antea actæ vitæ confessionem, omnia sua in te ca possit explicare seque & animam suam in illius manu & arbitrio ponere cum plena submissiōne, toties confiteri & communicare, quoties & quando ipsi ita videbitur expedire, semper sincerè & candidè, ostendens illi apertam suam cōscientiã, & non tantum de peccatis, sed etiam de bonis.

¶ 7

bonis.

bonis operibus exactam ei reddentiam sãpẽ enim bona etiam opera, non benẽ non rectẽ nec ritẽ fiunt: non fidat nimium suã prudentiã, non suo proprio stet iudicio vel arbitrio nitatur; sed semper se promptam exhibeat, ad obediendum Confessario suo in omnibus rebus spectantibus ad animã, & eius salutem; talis enim generalis Confessio, tanta synceritate, humilitate atque animi obedientis propriitudine facta, est firmum ac solidum totius spiritualis vitã fundamentum, & principium spei perueniendi ad magnam perfectionem, gratia & diuino auxilio cõcurrente.

Cur bonum sit generaliter institueri confessionem, & quanam eius utilitas.

Quantumuis qui integrẽ confessus est, & nullum ex pudore, vel malitia omisit peccatum, non amplius obligetur confiteri peccata semel confessã, nihilominus etsi non sit necessitatis, maximã tamen utilitatis est, generalem aliquando institueri confessionẽ, ex qua, etiã inter multa alia hæc sequuntur commoda.

1. Præteritarum confessionũ, quã aliquã-